inbere neqz quovismodo per se vel submissas quasvis per-
sonas arestare sub vadio similis summae Centum sexa-
ginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis. Quod vadium
in defectum solutionis summae praedictae essentialis pro tempore et loco
solutionis assignato mox eodem die et tempore solutioni destinato nullo
ipso Curriculo judicii sive officii accedente virtute duntaxat
praesentis inscriptionis in summam essentialem et Capitale debitum nimirum
Trecentorum Viginti florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis con-
vertetur et converti debebit. Hocidqz vadium cum summa essen-
tiali imediate in bonis eiusdem recognoscentis omnibus haereditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus extendetur et extendi debebit.
Praeterea supranominatus Gaspar Wosiakowski se cum suis Succe-
ssoribus in bonis suis supraspecificatis omnibus praedicto Lucae
Miesschowski ac illius posteris obligat et inscribit praesentem in-
scriptionem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus ad Acta Terrestria
Premisliensia ante decursum unius anni transportare sub
vadio Centum sexaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis.
Pro quaquidem summa essentiali cum vadio imediate tum vadio
ob non transportationem eiusdem inscriptionis incurrendo quoties
se praenominatus Gaspar Wosiakowski cum Successoribus suis prae-
dicto Creditori suo vel eius posteris Cittare contigerint
Toties a terrestribus castrensibus iure ac foro suis quibusvis proprius
recedendo Coram officio praesenti Castrensi Premisliensi, cuius
Cautus praesentibus notam cum Successoribus ac bonis suis omnibus
subijcit in primo Cittationis termino uti peremptorio stare in
parere iudicare ac pro citationibus omnibus et inscriptionibus praesentibus toties
quoties opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur. Eundemqz
terminum primum ac alios consequentes nullis modis collentibus
mociendo appellationibus ac earum prosequendo evasionibus subscri-
ptionibus fatalibus iuris suspensione peremptoriis terrestribus et ter terminorum
marcam Sillationum ad quietationum munimentum quietatoris
Successorum minorennitate, Expeditione bellica universali hostium

aura pestifera, negotio et servitio quovis Sacrae Regiae Maiestatis et Rei-
publicae et militari, absentia a Regno, Interregno de caeteris qui-
busvis legatis impedimentis differentiis et citationis iure lite suc-
cessoribus praemissis aliisqz omnibus iuris remedijs abrenunciando
sua et suorum Successorum sub amissione totius Cancellaria
in praemissis omnibus terrestribus praeventione silentio perpetuo obstante.



# Orzechowski Krzeczowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus
Premisliensibus Generosus Alexander Orzechowski de Orzecho-
wcze filius Generosi Valentini Orzechowski Subiudicis Ter-
restris Premisliensis Recedendo a suo foro proprio iuri-
disdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo
ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporan-
do sanus mente et corpore existens praesens ultro ac per expre-
ssum recognovit. Quia Generoso Stanislao Krzeczowski
et eius posteris summam Centum et Decem florenorum
pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi et liquidi tenetur.
Quamquidem summam se cum successoribus in bonis suis
omnibus obligat et inscribit eidem Creditori suo vel eius
posteris sine pro die et festo Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime venturo Circa officium et Acta prae-
sentia dare solvere reponere relinquere non exspectan-
bere neqz quovismodo arestare sub vadio similis
summae Centum et Decem florenorum pecuniae monetae et numeri po-
lonicalis in defectum solutionis summae eiusdem essentialis pro tempore
supranominato ad solvendum succumbendo ac in summam essen-
tialem et Capitale debitum videlicet Ducentorum et viginti
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis convertendum in bonis
eiusdem Recognoscentis omnibus haereditarijs et obligatorijs
mobilibus et immobilibus per eum ubilibet et quomodolibet

habitis extenderi inscribi. Et nihilominus cum successoribus
044 suis in bonis suis predictis omnibus eidem creditori suo ac posteri
illius inscriptionem prefatam ex his actis castren. ad acta ter-
restria Premisliensia ante decursum anni xxiij transpor-
tare sub vadio centum et decem florenorum pecunie monete
et numeri polonicalis. Praeterquaquia summa essentiali cum vadio
iuncta. Item vadio ob non transportationem eiusdem inscriptionis
succumbendo quodcumque ita recognoscens cum successoribus suis
predicto creditori suo vel eius posteris citare permisit
totiesque a suo foro proprio coram officio presenti in prio-
citationis termino tanquam peremptorio pro citatis omnibus
et inscriptione presenti toties quoties opus fuerit satisfacere cum
successoribus tenebitur. Omnique termini primi ac alios consequenter
nullis modis colloribus motionibus appellationibus ac earum
per actiones prosequutionibus evasionibus praescriptionibus
ubique fatalibus iuris dilationibus ac legalibus quibusvis
impedimentis iudicialibus et extraiudicialibus differendi et eva-
dendi iuris et cum successoribus omnibus iuris remediis abre-
nunciando suo et suorum successorum sub amissione totius cau-
se nulla in contrarium obstante. Inscriptione presenti in robore obstan.

# Orzechowski Blazowski.

Comparens personaliter coram officio et actis
presentibus castren. Premisliensibus Generosus Alexan-
der Orzechowski de Orzechowcze filius Generosi Va-
lentini Orzechowski iudicis terrestris Premisliensis
a pallatinatibus terris districtibus iuribus iurisdicti-
onibusque suis quibusvis propriis ac foro competenti
recedendo presenti vero iurisdictioni castrensi Premi-
sliensi se cum successoribus ac bonis suis infrascriptis
omnibus quo ad actum et effectum presentis inscri-

ptionis attinet incorporando submittens et corpore
existens publice oblato ac per expressum recognovit.
Quia Nobili Mathiae Blazowski Frysztakowski
et suis successoribus summam ducentorum quinqua-
045 ginta florenorum pecunie monete et numeri polonicalis
singulum florenum triginta grossos polonicales computando
veri certi liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur
et est debitus. Quamquidem summam ducentorum
quinquaginta florenorum pecunie monete et numeri
polonicalis prefatus Generosus Alexander Orzechowski
de Orzechowcze se cum successoribus obligat et inscri-
bit eidem Mathiae Blazowski Frysztakowski ac illius
posteris sine pro dilet festo conversionis Sancti Pau-
li Apostoli proxime venturo circa officium et acta
presentia castren. Premisliensia totaliter plenarie ac
in effectu tunc solvere reponere, relinquere reposi-
tamque et relictam rursus ab officio non exigendam
neque quovismodo per se vel submissas quasvis per-
sonas arrestare sub vadio similis summe ducentorum
quinquaginta florenorum pecunie monete et nu-
meri polonicalis. Quod vadium in defectu solutionis
summe eiusque essentialis pro tempore et loco solutionis assignatis
mox evictis et tempore solutionis destinatis nullo expectato munimi-
nis iudicii sive officii accedente virtute praesentis
inscriptionis in summam essentialem et capitale debitum circiter
quingentorum florenorum pecunie monete et numeri
polonicalis convertitur et converti debebit. Hoc itaque
vadium cum summa essentiali iunctum in bonis eiusdem
Generosi Alexandri Orzechowski omnibus hereditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis
per eum oblatis et in bonis quibuslibet habitis extenditur